Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusuis, dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos effictos praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Jaworski et Krzeczkowski mutuo inter se Roborant

1065

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Jaworski Perkowicz ab una et Nobilis Joannes Krzeczkowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis suis et compet

9074

+

recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognoscat. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri ac posteris Vtriusq. partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq. pecuniariis quibuscunq. habitis et habendis inscribunt et obligant præsentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ die hodierna in acta Contenta confectam et conscriptam, manibus sui Recognoscentium proprijs ab Vtrinq. subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersis, firmiter tenere complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq. et singulis eius Contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roborationem, et Inscriptionem præsentem Roborationem ad prædictam Intercisam Vtrinq. in toto referendo, Idq. sub damnis Terrestribus simpliciter abq. corporali Iuramento taxandis et edicendis per partem parti cum successoribus Vtriusq. partis ob non Completionem Contentorum Intercisæ præfatæ omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter Taxatis modo præmisso ad soluendum succubitis.

ac pro re

[illegible]

✠

ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisa praefa:
ta non completa complenda citata existens memorata pars
una praemissa non tenens sive eius posteri. Ad Instantiam
partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius suc:
cessorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemy:
sliense, ex nunc recessu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis Termino
tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Damna
praefata Terrestria simpliciter absque corporali iuramento ta:
xanda et edicenda luere, Inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos
successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesen:
tibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde consequenter causae eiusdem Terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori mino:
rennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad quictorem, vel aliis
quibusvis, dilationibus, et legalibus impedimentis non
differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos offi:
cij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appella:
tiones, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa o:
mnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibusque suspen:
sionibus fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello con:
uentione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis
non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia mediante.

Drohoiowski et Crzymala
mutuo inter se Roborant.